Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ALTARIS ligniei trium cubitorum altitudo ei. & longitudo ei duorum cubitorum. & anguli ei. & longitudo ei. & ligniei parietes ei. Et locutus est ad me. Hec est mensa coram domino. Numerum & hoc ad dorsum uir ille mensus est. Altare quippe ligneum mysterium crucis. mysterium uel sacramentum passionis xpi est. Cum uenisset hora ei ut transiret ex hoc mundo ad patrem. in ipso transitu respiciens ad dorsum id est ad nos qui credituri eramus post eundem ipsum transitum. mensus est altare ligneum. id est iam dictum crucis uel passionis suae sacramentum. substantiam panis & uini accipiens in manibus. dicens; p benedictionem. hoc est corpus meum. hic est sanguis meus. Altaris hui altitudo trium cubitorum. longitudo duorum cubitorum est. Altitudo trium cubitorum fides est sce trinitatis. sine qua nusquam est altare di. Longitudo duorum cubitorum extensio geminae dilectionis di & proximi. sine qua nihil dignum do potest offerri. qua plurimum indiget quisquis ad hoc altare hostiam unam sacrificaturus accedit. Anguli ei. longitudo ei & parietes ei ligniei. Totum quippe altaris xpi sacramentum de ligno est. uirtus crucis. quia toti sacrificii summa est passio ei. q pomum mundo semetipsum suum lignum sacrificauit. Et hec inquit est mensa coram domino. subaudit sola & unica. nam iudaici mensa sacrificii iam nu est coram domino. Ne afferatis inquit ultra frustra sacrificium. Incensum abominatio est mihi. Item. Numquid manducabo carnes taurorum. aut sanguinem hircorum potabo. Subaudit non. Sed quid. Immola do sacrificium laudis. Et his similia. xxviii.

ET DVO ostia erant in templo. & in secrario. Et in duobus ostiis ex utraque parte bina erant ostiola quae in se invicem plicabantur: Bina enim erant ostia ex utraque ostiorum. Duo templi & secrarii ostia duo sunt testamenta. quorum & editius est ipse cui est templum sedes & uerus. qui habet clauem dauid. qui aperit & nemo. claudit & nemo aperit. In duobus his ostiis ex utraque parte bina sunt ostiola quae in se invicem plicantur. qd uirtaliter ita spiritualem est. Solent enim in maioribus triclinis bina sibi herere ostia atque iungi. ut maior introitus nequaquam duobus & angentibus. si quatuor minoribus claudatur uel aperiatur foribus. Iuxta sensum spiritualem bina erant ex utraque parte ostiola. quae in se invicem plicabant. ut & in historia spe habeas intelligentiam. & in tropologia historiae uertitatem. Quorum utrumque altero indiget. & si unum defuerit perfecta caret scientia. Et celata erant in ipsis ostiis templi cherubim. & sculpturae palmarum sic in parietibus quoque expresse erant. Quam obrem erant grossiora ligna in uestibuli fronte forinsecus. Celatae inquit in ipsis ostiis cherubim & sculpturae palmarum. Quid enim sacra utriusque testamenti scriptura in scientiae multitudine. & uictoriae continet insignia. Et ulla dum cognoscimus quem scire summum est uerum scientiae. ex illa sumimus arma